Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Tu animabus vivificandis aquas fecundas. Tu aspirando das
spiritales esse homines. Tu divisum per linguas mundum et ritus
adunasti domine. Idolatras ad cultum dei revocas magistrorum
optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi propicius sancte spiritus. Si-
ne quo preces omnes casse creduntur et indigne dei auribus. Tu qui
omnium seculorum sanctos. Tui numinis docuisti instinctu amplectendo
spiritus. Ipse hodie apostolos christi. Donans munere insolito et cunctis in-
audito seculis. Hunc diem gloriosum fecisti. Johannis baptiste

Sancti baptiste christi preconis sollempnia celebrantes moribus
ipsum sequamur. Ut ad viam quam paravit asseclas suos perdu-
cat. Devoti te sanctissime hominum amice ihesu christi flagitamus
ut gaudia percipiamus. Apparens quem zacharie gabriel repromisit
qui tuam celebrarent obsequiis nativitatem. Ut per hec festa eterna
gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris deliciis leti congaudent. Tu qui
purgas fidelium corda. Ne quid devium vel lubricum adsit in eis
inveniat. Te deposcimus ut crimina nostra. Et facinora cuncta per
te studeas absolvere. Placatus ut ipse suos semper visitare fideles
Et mansione in eis facere dignetur. Et agni vellere quem tuo digi-
to. Mundi monstraveras tollere crimina nos velit induere. Ut
ipsum mereamur angelis associari. In alba veste sequi per portam claris-
simam. Amice christi johannes. Petri apostoli

Petre summe christi pastor et paulo gentium doctor. Eccle-
siam vestris doctrinis illuminatam per circulum terre precatu adiuvate
perenniter. Nam dominus petre celorum tibi claves dono dedit. [illegible]
rum beniamin christus te fecit suum vas quoque electum. Mare planta-
te petre christus conculcare tue dedit karitati. Umbram tui cor-
poris infirmis debilibus quoque fecit medicinam. Dialecticos philosophos
te paule christus dat vincere sua voce. Multiplices victorias tu paule